



...
ω οη λα γευδον λαυ αοιδοι

Lutherus:

lectio ipsi syrach est etc,
sanz ex profano et enarratio
sanctorum legis Dei et Saluatoris
qui sub solo fidei Evangelio
non est maxime sapientia
Est et nihil carnis rursus
omnis. Choro unumque
pys h. e. sanis et iunioribus
in his virginibus et adolescentibus.

B. p. T.

Dignitas et ipsi nulli haec q morbe intima
Sunt unumque plus per se tu
Et sic non igitur cum fiam, ut si pro illis
Hae ubi claris non vone deus
Sot quos fallere chudis purgationis
Quibus haec. Et in y - ubi p
1554. Jun 4.



Palustrius

*Hominum genus iniquis uterq[ue] modo
mittitur*

**DE LAPSV
ET RESTITVTA HO
MINIS INTEGRI
TATE.**

HOMILIAE TRES.

**Scriptæ à Iohanne Eblingero
Basiliensi.**

5A 4436

VVITEBERGÆ.

M. D. LI.



*Aratoribus in scriptis
ad alexandriam
Sic enim in loquere cum deo
tenge homines audiamus*

B



DEUTSCHLAND

ERSTES BUCH

MINISTERIAL

TAFEL

HOMILIAE

Sehrn's lobliche

Lehrer

VITTEBERGA

M. D. L.

1557



OPTIMO VIRO, SAPI
entia & eruditione præstanti, D.
Mathiæ Bumhart, Senatori
Basiliensi Iohannes
Eblinger S. D.



Æpe in his molestijs
& turbulentissimis
tempestatibus, quib.
maiori audacia, rabijs
es diabolorum furit,
scelus anhelat, & o
mnibus nobis flammam exitiumq;
minitatur, animo intueor, non mi
nus sanctitate graues, quam suauita
te illustres conciones Christi ap
ud Ioannem, qui cum ualedictus
rus suis esset discipulis, totiq; Eccle
siæ, grassantem diaboli, his ultimis
temporibus furorem prædicit, ac
ne fracti animo spem omnem salu

A ij tis no

tis nostræ abijceremus : consolacionem adhibet, alacrioriq; animo nos esse iubet, dum se autorem uitæ nostræ, uictorem mundi, omniumq; insidiarum diaboli fore pollicetur. Quod non ut inane somniū nobis exposuit, sed in resurrectione sua, illustribus testimonijs hoc re ipsa approbavit, quod antea in suis concionibus commemorarat, dum redigit sub seruitutem, legem, peccatum, mortem, aliaq; diaboli opera. Hoc mirandum opus nostræ liberationis, non ut Idæam Platonianam mente circumferamus, sed certò statuamus, nos defendi à filio Dei, in hoc miserabili genere uitæ, dum omnia discordijs, bellorumq; tumultu cōcitata esse uidemus, Cogitemus quoq; de fine nostræ conditionis, qui longe à rationis nostræ conspe

conspectu remotus aliam requirit
uitam, in qua omnibus ærumnis li-
berati dulcissima consuetudine fru-
emur Dei, & omnium electorum.

Hanc itaq; ob causam has Ho-
milias, si modo tali nomine dignæ
sunt, conscripsi, in quibus aliqua
perspicuitate, originem finemq; no-
stri generis, & prauitatis humanæ
naturæ causas, eidemq; remedia ef-
ficacia recitare conatus sum. Tibi
uero Senator prudentissime, quic-
quid id est laboris, dedicare statui,
idq; duabus impulsus de causis.
Primum, quia te non solum artium
liberalissimarum studia promoue-
re omnibus uiribus uideo, sed etiam
sincerioris doctrinæ te propagato-
rem scio, ut qui omnibus modis ex-
ecreris sycophanticas aduersariorū

A iij corru

corruptelas in doctrina filij Dei, Et
quia hic recitare Prophetarum &
Apostolorum testimonia de amissa
& restituta integritate hominis con-
natus sum, spero primitias istas non
tibi improbatum iri. Deinde par
est aliquam animi benevolentiam
declarari ijs, à quibus beneficia ac-
cipimus, quod quidem à me iam cu-
mulate fieri non potest, quum id nõ
naturæ meæ, quam magnitudini be-
neficiorum ascribendum ducam.
Quibus tamen abunde satisfecero,
si muneris mei officia & studia per-
sequens, spem uestræ expectatio-
nis, quam de me non leuem conce-
pistis, impleuero. Bene vale. D.
Balthasaro Hanen, & D. Frideri-
cho Reiff, uiris iuris & æquitatis a-
mantissimis, pari pietate & sapien-
tia præditis, salutem dico.
Vitebergæ, I S S I. 6. nonas No-
uembris.

DE PRIMI HOMINIS LAPSV,
& integritate restituta.

Homilia Prima.

SI amicissimi fratres, pro meritis im-
mortalibus parentum & amicorum,
non cumulatè gratias agere possumus,
quum id non nature nostræ potius, quàm
magnitudini beneficiorum tribuendum
putamus: quæ iam tanta ubertas ingenij
existet, quæ tanta dicendi uis, quod tam
diuinum atq; incredibile genus orationis,
quo quisquam non parentum, à quibus
uitam, tutelam, & patrimonium accipia-
mus, non Magistratus: à quibus dignita-
tes & honores consequimur, non pa-
triæ, qua nobis post uitam nihil potest
esse iucundius, Verum Dei opt. max.
beneficia non enarrare uerbis, sed sensu
mentis complecti potest, quæ tanto sunt
splendidiora, & ampliora, quanto is à
quo innumera hæc beneficia cōsequimur
est excellentior. Atqui ut externa bona
silentiō præteream, quæ nobis mentem,
causamq;

causam boni in natura referunt, altiora
meditemur, mentemq̄ referamus non ad
obiecta rationis: sed ad arcanam uolunta-
tem Dei, ubi tale quid deprehendemus,
quod ab acumine intellectus nostri est re-
motissimum.

Ersi uiri eruditione & sapientia præ-
stantes, ex discrimine honestorū, et turpiū
ex motu & mirabili harmonia corporum
coelestium, ex fecunditate terræ, certa-
que omnium animantium procreatione. De-
niq̄ ex miranda hominis fabrica conuicti
fuerint, ut Deum mentem aternam, sa-
pientem, bonam, & iustam esse asseuera-
rent, tamen rebus aduersis fatigati, hor-
renda dubitatiōe sunt oppressi, cum præ-
sentiam Dei non conspexerint, nec pœ-
narum mitigationem, placidosq̄ euentus
à Deo expectarint. Nos uero referamus
oculos ad patefactiones diuinas, quæ in
abdita & abstrusa diuinitatis consilia nos
deducunt, aspiciamus educationem popu-
li ex Aegypto, Christum crucifixum &
resuscitatum, mirandam missionem Spiri-
tus sancti, aliaq̄ opera diuinitus patefa-
cta,

ta, quæ si sæpius intueremur, non dubi-
tatione animi nostri concuterentur, nec
desperatione fracti æternum in exitium
ruerent.

Sed tantus est hominum stupor, tanta
in animo immanitas, ut perpetuis fatiga-
mur curis, an Deus nos respiciat, an uelit
opem in rebus aduersis ferre, an salutis
aliqua ratione ab illo defendamur. Ad-
uersus has dubitationes, muniamus nos
uerbo Dei, memoria res ueteres & supe-
riores in Ecclesia repetamus, commemo-
remus iniquitatis nostræ exempla, quæ
Deus propter immensum amorem miti-
gauit, cogitemus generis nostri ortum,
parentum primorum præstantiam, amis-
sam nobilitatem, eamque restitutam per
Christum. Hic scopus Christianæ reli-
gionis ob oculis positus: nihil aliud ab
una parte, quam nostram immunditiam,
miseriam, & foeditatem ostendit, quò in
odium nostrum, in diffidentiam, animique
deiectionem adducamur: ab altera uero,
amorem & immensam Dei misericordi-
am proponit: qui cum omnis sapientiæ,

A v bonis

bonitatis, & sanctitatis fons sit, nos ab illo
hæc bona petere, cumq; gratiarum actio-
ne certò cõsequi iubet. Verum ne diutius
charissimí fratres, me uos attente audien-
tes, detineam, Breuiter summam meæ
concionis explicabo.

Atq; ut inde oratio mea proficiscatur
unde omnis causa ducitur, dicam hoc lo-
co de peccato originis, non quidem pro
rei dignitate, sed pro uirium mearum te-
nuitate, cuius cum facilius sit principium:
quam exitum inuenire, non tam mihi in
dicendo modus, quam copia adhibenda
erit. Hoc autem ut à me maiori cum utili-
tate enarrari possit, in quem finem homo
sit conditus consideremus, & qua ratione
quibusue dolis, ab impostore diabolo
seductus sit: altius repetemus. Quibus
cognitis, causæ remediaq; corruptæ na-
turæ, facilius dignosci poterunt. Hoc itaq;
dum nobis expono quæso diligenter at-
tendite.

Habent sacrae literæ hominem ab ini-
tione conditum ad imaginem Dei, hoc est,
fulsisse

Gen. 3.

fulsiffe illustrem & firmam noticiam in
homine de Deo, sanctitate, sapientia, &
iusticia redundantem, in qua Deus ut suū
domicilium haberet, Spiritus sanctus af-
firmat, quo hominum sermone & leticia,
celebraretur in omni æternitate. Hæc
summa foelicitas atq; gloria hominis dia-
bolo inimica, & inuisa fuit, quare insidias
homini struere conatur, suæ foelicitati la-
bem inurere nititur, & imaginem Dei in
foedam Sathanæ laruam cōuertere tentat.
Quid sit & id, quod Satan assidua cogita-
tione agitabat, assequitur, sub specie lucis
Angeli hominem adoritur, mulierem ad
inobedientiam aspectu mali allicit, quæ
uirum, cū pulchritudine & amœnitate ar-
boris esset irretita in eandem pœnam con-
ijcit, Et sic succedunt in locum sanctitatis,
iusticiæ & bonitatis omnia genera flagiti-
orum foeditatis, miserix & uanitatis.

Hæc sicut exposui gesta sunt, insidia-
tor superauit, uirtus primi hominis ui &
audacia diaboli oppressa est. Non homi-
nis integritas, non præclarum iusticiæ &
sapientiæ

sapientiae ornamentum tanti sunt roboris
ut faces & ignita tela calumniatoris excus-
tere possint, sed labefactatus omnibus ui-
ribus ruit miser in aeternum interitum.

Hæc sæpius eò memoriæ essent repe-
tenda, ut cognito nostri generis ortu, im-
pelleremur nō ex Ideis Platoniciis, sed mu-
niti diuinis oraculis ad recuperandam
nostræ patriæ originem, nobilitatisq; præ-
stantiam,

Generis etenim nobilitas eiusmodi est,
quæ merito nostros animos excitare, atq;
inflammare debet, in qua agitur generis
humani gloria, agitur salus omnium ho-
minum, aguntur certissima signa æternæ
consuetudinis hominum cum Deo. Quæ
si voluntate sua homo nō excussisset, per-
petuo consuetudinis uinculo Deo cons-
iunctus fuisset.

Illud itaq; iam in iudicium uenit, non
an interemptus sit Adamus: quia de fa-
cto constat, nec de iure & iniuria est que-
stio, cum hominem propria voluntate,
Deo non approbante, in hoc miserabile
genus

genus uitæ lapsum, esse perspicuum sit. Sed quaeritur quid factum sit, quoniam nomine sit appellandum hoc uulnus, quod à diabolo nobis inflictum est. Antequam uero illud uobis exponam, prius totam posteritatem ream esse, & æternæ damnationi obnoxiam, ostendam, ut nostra foeditate cognita, integritatis amissæ maiorem rationem habeamus, & uices primi parentis condolere discamus.

Quanam igitur ratione probari potest? Sathanam non primo parenti, sed toti generi humano insidias struxisse, & tam nefariam & audacem beluam, tantos tumultus in homine excitasse? Facile, dum modo probauerimus illi magnas spes, et magnas utilitates ex hac causa propositas fuisse. Boni siquidem nulla ratione cōmodi, in fraudem impelluntur, at improbi sæpe parua. Itaque calumniator hoc assequabatur, non ut suam crudelitatem solum in Adamo exereret, sed ut totum genus humanum ad omnis generis flagicia impelleret, ut blasphemias horribiles aduersus

Ru: 8.

aduersus Deum urgeret, quo homines
dubitationibus oppressi de prouidentia,
ad desperationem adigerentur. Sed cle-
mentissimus Pater suam perfidiam in nos-
tram salutem, et tristissimum autoris con-
silium, in latissimos conuertit exitus, quo
omnem gloriandi materiam carni præci-
deret, ut si quis gloriaretur, id fieret in Do-
mino. Mors, inquit Apostolus, omnes
inuasit, eò quod omnes peccauerunt, &
propter inobedientiam unius, omnes ca-
lamitates generis humani sunt sequutæ,
morbi, inopiæ mutationes imperiorum,
ruinæ, pestilentia, gentes obrutæ diluuijs,
denicq; nulla uox eloqui potest, quantæ
ærimnæ grassentur in genere humano,
adeo ut æthnicus Poeta exclamauerit.

Hæc. ed.

πλεῖν μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλεῖν δὲ θάλασσα.
Postremo accedit mors autoramen-
tum peccati, qua homo instar pecudis
putredine consumitur, quarum materia
ortui & interitui per se est subiecta. Hæc
si diligentius ponderamus, fieri non po-
test, quin suspicemur aliquid magni esse
deprauationem nostræ naturæ, quæ tot
tumultus

tumultus excitet, tot scelera stabiliat, & generosas in homine vires pulueri & terre adæquet.

Hoc ipsum confessi sunt sapientes mundi, erant ipsis admirationi, æstus, & celerrimi motus cordis, agitatiões uirium & omnium potentiarum cursus suscipiebant, Sed causam tanti mali non deprehenderunt.

Externa deinde scelera, hominum voluntate, propriaq; malitia cumulari senserunt, quæ sententia à ueritate non admodum abhorret. Sed illa principalis est controuersia, quæ nam sit origo, qui fons tantarum tempestatum, grassantium in corde hominis, ut non dissimile sit nauis destitutæ remigijs, cui à motu procellarum, nunc ad hac, nunc ab alia parte interitus imminet. Hoc cum rationi nostræ sit reconditum, & abstrusum referamus mentem & oculos ad uerbum Dei, inquiremus originem tantorum malorū, ut causis cognitis nostram infirmitatem tegi peramus, carnisq; pruritus moderari discamus.

Constas

Gene. 4.

Constat itaq; post lapsum Adæ, totum genus humanum, iisdem ærumnis implicatum esse, quibus tectus erat Adamus, cum filios non ad Dei, sed sui imaginem procrearit. Patet & illud, Adamum omnibus bonis spoliatum, sese coram Deo nudum & exutum profiteri, non erubuisse, atqui ob illam nuditatem totus mundus redarguitur à Deo, ut omne os obtureretur, cum æquali conditione, eternæ iræ omnes sint subiecti. Et quia omnes gloria Dei destituimur iure summo, mortis et cæteris calamitatibus subiicimur.

At mox humana ratio non compescens linguæ temeritatem, in hunc erumpit modum. Age, nõ recusò, Adamũ ad imaginem Dei ab initio cõditum, amplissimis donis sapientiæ, iusticiæ, & sanctitatis ornatum, impulsu quoq; diaboli à Deo abductum: huius sceleris quo iure mihi nota inuretur? cur ego omnis culpæ & criminis expers, primi parentis uestigijs insisterem? Id si minus, Hoc ne tam inhumanũ facinus; tam nefandum scelus, uesci

uesci pomo uetito, non tamen Adamus
argui poterat adulteriij, furti, homicidij,
ullius maleficiij, ob qua ira Dei grassatur
in pertinaces. O praecleara & admiratio-
ne digna obiectio, qua tantae est autori-
tatis, ut nec reprehensione, ullaue respon-
sione indigeat. Cur non o effrenis lingua
Deo, qui ipsissima ueritas est, incipit cuius
ore dolus non fuit inuentus, ueritatis lau-
dem tribuis, qui cum bonus, sapiens, ius-
tus, uerax, in rerum creatione a te con-
spectus est, cur in hoc casu mendax pro-
baretur alienusq; a ueritate, quasi ab ipso,
non tua propria uoluntate, his bonis ex-
utus esses. An nescis hortatu Apostoli, 2. Cor. 10.
intellectum nostrum, captiuum duci uer-
bo Dei, nec ipsi ueritatis gloriam praecidi
debere, qui cum in minimis nobis susce-
ptus essenon potest, qua ratione nostrae
perditionis amor extaret.

Sed bonae mentes respuant portenta
tosam illam animi agitationem, nec se his
relis ueneno illitis opprimi sinant, quibus
& initio cor Euae sauciatum est, uerum

B

illius

illius iactura cautæ, obstupescant huius hor
rendi casus cogitatione. Quamquam .n. scri
ptura primos parentes primo uetito ue
scentes describat, longe tamen quiddam di
uersum significatur, quod sensibus animi pror
sus est abstrusum, Nempe inobedientia,
& pertinax animus primorum parentum,
quam atrox scelus hoc fuerit, non enarra
re uerbis, nec meditatione consequi fas
est. Quare magnitudinem horrendi la
psum cogitantes, discamus cauere insidias
diaboli, qui cum generosis nostris paren
tibus, magna sapientia & iusticia late ex
politus, non sibi turpe duxerit insidias mo
liri, non existimemus eum, Endimionum
more dormire, sed tanquam Leonem
rugientem miserimæ naturæ insidiari. Ac
ut obiectioni melius occurratur, conside
remus conditionem hominis.

Omnes ratione præditi creaturæ, tam
homines quam Angeli, in hunc finem de
stinati erant, non tantum ut referrent ra
dios sapientia, iusticia, & bonitatis Dei,
sed Patri & filio per Spiritum S. miranda
amoris coniunctione sic copulati erant,
ut sum

ut summum scelus fuerit hoc amicitie foedus respuere, uel distrahere. Quantam iam amicissimi fratres atrocitatem criminis iudicatis fuisse, amorem dei excutere, Spiritus sancti templum deformare, & Sathane mancipium fieri, hec nullius animi sensu perstringi possunt. Sed reuenter de his maximis rebus meditantes, nullo medicamento suauiori afficiemur, quam confugientes ad filium Dei, illum nobis a patre, sanctitatem, iusticiam, & propitiatorium factum, sentiamus.

Postremo ob hanc noxam omnes filios Adami mors & omnis generis perniciēs inuasit, eò quod omnes testante Apostolo erant rei, & unius delicto mortui. Quare ratione omnes iræ Dei subiecti, æternæ damnationi destinamur, quia hoc scelere accusamur, nondum editi in lucem, nec mali uel boni quippiam delinquentes, ut præclare psalmographus uates testatur, qui cum nostræ iusticiæ gloriam præcidat, Deo immensæ bonitatis & misericordiæ laudem attribuit, sibi uero immundiciem

Ephc. 2.

B ij & foedus

Psal. 51.

Rom. 3.

& foeditatem suam sibi ascribens : inquit,
se in peccatis conceptum & natum esse.
Quo etiam diuus Apostolus respexit : cū
inquit, Non est iustus, non est intelligens
aut requirens Deum, omnes declinaue-
runt, simul inutiles facti sunt, non est qui
faciat bonū, ne unus quidem, Sepulchrū
patens est guttur eorū, linguis suis dolose
agunt, uenenum aspidum sub labijs eorū,
quorum os maledictiōe plenum & ama-
ritudine, quorum ueloces pedes ad effun-
dendū sanguinem, in uijs eorū contritio
& calamitas, quibus præ oculis non est
timor Dei. His telis non certos homi-
nes, sed uniuersam filiorum Adam pro-
geniem fecit, adimens ipsis iusticiam, re-
ctitudinem voluntatis, eosq; timore amo-
req; Dei uacuos esse criminatur, multi
præterea huc loci referantur, quibus fidu-
cia, carnalis securitas, animusq; pertinax
omnium hominum reprehenditur, Quos
ne metas oratio excedat, in præsentia pio
lectori discutiendos relinquo.

Nos itaq; hanc immensam miseriam
agnoscentes, deploremus nostram multi-
plicem

plicem infirmitatem, nostras sordes accu-
semus, inflammemur ad restituendam no-
stræ originis integritatem, animo sæpe
repetamus horribiles in genere humano
furores, qui ex illa ἀταξία, ortum & in-
crementū sumpserunt, simul autem Deo
gratiæ agantur, quod hanc massam inquia-
natissimam conseruat, & sibi ex ea pro-
pter filium colligit Ecclesiam, qui est unū
cum Patre & Spiritu sancto, Deus in o-
mnia secula laudandus, Amen.

Homilia Secunda.

HActenus charissimi fratres, non tam
primorum parentum sortem deplora-
randam, quàm nostræ naturæ prauitatem
accusandam esse: audiuiſtis, quæ cum le-
gi Dei semper aduerſetur, iure perfidiæ
suæ grauissimas pœnas pendit, Verum
quia non plenè definitum est illud malefi-
cium, quo tota posteritas est infecta, ea
quæ dispersè & diffusè dicta sunt, unum
in locum cogemus, & reminiscendi causa
uires peccati originis, unum sub aspectum

B iij

subijcies

subijciemus. His enim cognitis maiori studio, ad morbum istum depellendum, incitabimur: Hoc itaq; dum uobis expono, quaeso ut amanter & attente me audiat, ut eos, qui de rebus magnis & praecclaris uerba faciunt, audire soletis.

*Quid sit
peccatum
originis?*

*Linea dicitur
a cogniti:
omnis dicitur*

Est itaq; peccatum originis, defectus iusticiae originalis debitae, Quod ut fiat magis perspicuum, sciamus peccatum originis dici, in omnibus hominibus ex mixtione maris & foeminae natis, lucem cognitionis Dei extinctam, voluntatem hominis a Deo auersam, & cor contumax, legi Dei non prestans debitam obedientiam, quae inordinatio lapsum Adae sequuta est, propter quam omnes aeternae damnationi simus rei, nisi noxae remissio fiat.

Haec descriptio ueritati scripturae maxime consentit, ut etiam aduersarij, qui adeo libertatis nostrae praekonium extolunt, inuiti huic assentiri coacti sunt. Sed quia huic nonnihil difficultatis inest, eam coarctam dilatabimus, ut odore nostrae foeditatis

foeditatis intolerabili cognito, sentiemus
nulla merita irascenti Deo opponi posse,
nisi propter filium, suam erga nos exerat
gratiam.

Omnia itaq; diuina oracula, Lege &
Euangelio, generi humano sunt diuulgas-
ta, quod cum perspicuum sit omnibus,
probandum erit, lucem illam & radios
cognitionis Dei adeo obscuratos, ut nisi
regeneremur perpetuo exitio addicti si-
mus.

Primo itaq; de lege sententiam pro-
feram, quæ, ut in uolucris habet nihil, ita
ueritati & sacrae scripturae adeo est consen-
tiens, ut contradicentes magis Philoso-
phicis, quam ueris rationibus nitantur.
Quanquam enim gentes sapientia & eru-
ditiōe prestantes, rationem bene beatèq;
uiuendi obseruarint, nec eneruati laborib;
delicias & voluptates quæsierint, sed in ho-
nestis studijs magna uarietate & copia
uersati fuerint, ut in artibus differendi,
in naturæ obscuritate, in uita & moribus,
longe tamen à perfectione legis abfue-
runt. Deus enim etsi externa disciplina

B iij pruris

pruritus carnis uelit coerceri, tamen ex-
terno opere non contentus, requirit ani-
mum ab omnibus uitijs purgatum, qui
imaginem Dei referat, deinde uult se di-
scerni ab administratione politica, quæ
seuerior in externis sceleribus reprehens-
dendis esse debet: ipse uero cor intuetur,
ut preclare in Regum libris legitur, homo
uero externo opere contentus, laudem
innocentiæ hominis attribuit, Hæc adeo
aperta sunt, ut longiore probatione non
indigeant, Nam gentes corde nõ circum-
cisi, ea quæ lex exigit non præstiterunt,
cum Spiritu non litera constet.

Ne uero in reprehensionem maleuoli
incidamus, quod gentes loco nostre pro-
bationis adduxerint, legis diuinæ nequa-
quam participes, age, consideretur illud
Rom. 7. Apostoli, qui concupiscentiam, uel legem
in membris repugnantem legi mentis
nullius momenti fecisset, nisi uox diuina
Rom. 1. dixisset, non concupisces. Et Rom. 1.
totum mundum cæcitatatis arguit: cum in-
quit: Diuinitus declarari iram Dei de cœ-
lo super omnem impietatem & iniustici-
am ho-

am hominum, qui ueritatem in iniusticia
detinent, q. d. Superne manifestari, quid
sit peccatum, è coelo patefieri omnes ho-
mines iræ Dei subiectos esse, & alibi satis
testatur Apostolus, legi non posse satisfi-
eri, dum operari eam iram affirmat, et pec-
catum supra modum augere: quod cum
à nemine refutari possit, ad alteram par-
tem explicandam uenio.

Quod itaq; concio Euangelij, diuis-
nitus sit in lucem edita, adeoq; toti gene-
ri humano prius abscondita, testimoni-
satis est lapsus Adæ, Quando Deus in pa-
radyso, propter filiū deprecantem miser-
rimum genus humanū ratione immensæ
suae misericordiae & iusticiae habita, reci-
pit, lætumq; nuncium de uenturo libera-
tore, qui pristinam homini conditionem
esset redditurus: promittit. Illam ipsam
promissionem celebrat regius uates: eum
gloriatur, sapientiam absconditam sibi pa-
refactam esse. Quæ nam est illa sapientia
abstrusa, quod nam hoc arcanum ratio-
nisq; nostræ expers consilium? illud,
quod passim scriptura celebrat, miranda

Gen. 3.

B v recone

reconciliatio generis humani, remissio peccatorum donata per Christum, iusticia, uitaq; aeterna. Ne uero solum nitar testimonijs Prophetarum, an nō unicum hoc urget filius Dei, qui clarè affirmat, **Iohann. 1.** Deum nemo uidisse unquam, at filium, qui sinum Patris inhabitat, nobis huius rei significationem fecisse. At quæ est hæc significatio, num diuitias monstrauit: atqui non habebat ubi reclinaret caput suum: an nobis locum ad honores consequendos patefecit: atqui à maioribus in Iudæa omnis generis conuitijs proscindebatur, dum illum clamitabant furibundum, & uentri deditum esse, quiq; remotus à communi ciuium consortio uix locum cum publicanis haberet.

Quid ergo attulit nobis, idipsum, de quo Paulus differit, Euangelium quod **1. Cor. 1.** Iudæis est offendiculi: Græcis uero stultitiæ, at ijs qui salutem consequuntur loco potentia Dei. Hoc idem arcanum fœdus, & Zacharias describit, officium Christi, munerisq; sui functionem amplificans, cum inquit: Christum ortum ex alto, ut **Luce, 1.** illuce-

illucesceret ihs, qui in tenebris, & in umbra
mortis sedebant, ad dirigendos pedes eor
rum in uiam pacis. Idem quoq; Petrus
urget, dum negat ab humana uoluntate
prophetiam allatam esse, sed Spiritus san-
cti instinctu loquutos esse uates, & A-
postolus super hoc fundamentum nos
extructos esse inquit. Cum antea nullum
aliud fundamentum iecisset, nisi lapidem
anguli, qui est Christus Iesus. His & simi-
libus testimonijs, facile pia mens conuin-
citur, ut Euangelium non commentum
quoddam, humanamq; cogitatioem esse
affirmet, sed uere nobis diuinitus a Patre
per filium donatum esse, statuat.

2. Pet. 1.

1. Cor. 3.

Persequamur igitur secundam descri-
ptionis particulam, qua uoluntatem ho-
minis, a Deo auersam esse diximus. Quae
nobis ut fiat notior, consideremus Ada-
mi, deinde filiorum eius exempla, & de-
prehendemus in nobis singulis horrendas
tenebras, Adamus sui sceleris sibi probe
conscijs, citatur a Deo in iudicium, qui
cum crimen tergiuersari non posset, arguit
mulier

mulierem, quæ omnem culpam reijciens
in diabolum, excusationem quærit. Et
Adamus met fatebatur, se ideo terga de-
disse, quia uocem Domini audierat, atqui
uox erat blanda, iucundaq̃, qua uesper
perditum hominem in uiam reuocans,
inquit: Adam ubi es? Hac uoce miser
territus, aufugit à Dei conspectu, quam
tamen effugere non poterat. Eadem hor-
renda natura est omnium nostrum, qui
cum blanda uoce Euangelij à filio Dei in-
uitamur, ut uulnera nostra sanentur, quo
liberati æterna morte donemur iusticia &
luce sempiterna diligimus tenebras gau-
demus imposturis Sathanæ & iniuriã no-
bis à filio Dei fieri putamus, quum ad suã
consuetudinem uocemur, et expressa Dei
uoluntate, tamen perpetuis dubitationib,
animi excruciantur, Num Deo simus cu-
ræ: num obruti calamitatib. digni simus,
qui liberemur, an exaudiamur à Deo in
aduersis. Sed edocti uerbo Dei emende-
mus nostram infidelitatem, obtempere-
mus uerbo Dei, nec ueritatem ipsam, o-
mnis criminis expertem mendatij argua-
mus.

Venio

Venio itaq̃ ad tertiam in homine par-
tem explicandam, qua diximus, cor ho-
minis esse contumax, & legi integram o-
bedientiam non præstare, De qua re Do-
minus in Genesi non dubitavit sententi-
am ferre, cum cogitationem humani cor-
dis malam esse, ab ineunte ætate, asseue-
rat, neq̃ leuem huius iudicij autoritatem
esse putemus, cum ab ipso cordium & re-
num inspectore lata sit. Eandem contu-
matiam & Ieremias describit, dum cor
hominis peruersum & miserum esse as-
firmat, quodq̃ non inuestigari possit, ubi
omnem dignitatis nostræ gloriam præ-
cidens, animum nostrum abhorrentem
à Deo, alienūq̃ à sua voluntate describit.
Vanis uero sententia hæc est. Homines
rebus prospere succedentib. obliuiscuntur
Dei, sicut legitur, Sedit populus mandu-
cans & bibens, & surrexit ad ludendum.
In aduersis uero, frangitur desperatione,
& dum differtur liberatio, amplectimur
somnia Homericum, Deum conuiuari
cum Aethiopibus. Interea mirabiles Eu-
ripi consiliorum, spei, fortunæ, metus, re-
trabunt

Gen. 8.

psal: 101
cor puer
sine e hois

Ierem. 17.

omne
Luxuriam

trahunt mentem à uerbo Dei, quos tamen
ut uanas cogitationes sæpe damnauit scri-
ptura.

Luc. 10.

Percurri utrunq; particulas in descri-
ptione peccati originis, quam non pro
dignitate, sed pro ingenij mei tenuitate
explicauit. Quare nunc remedium huic
malo admouerem, ut Christus ipse nos-
tram explicationem probaret Lucae 10.
cum animæ nostræ iacturam in uiatore à
latronibus oppresso, designat. Nam pri-
mus noster parens obuiam factus diabo-
lo, ab eo opprimitur, spoliatur gratia,
uulneratur in natura, iacet homo desertus
ab omnibus creaturis, mortuo similis, sed
filius Dei interuenit, qui exutum homi-
nem subleuat, cum neq; ope Leuitæ, nec
Sacerdotis sanari posset: peccata sibi ipsi
imponit, pro ijs satisfacit, & hominem
omni ope destitutum committit doctori-
bus uerbi Dei, quibus legem ut uulnus
magis fiat conspicuum, tradit, & simul
impertit Euangelium, quo omni liuore
absterfo, homo pristinae integritati resti-
tuatur.

Huic

Huic itaq; filio Dei, qui generis humani miseratus, in sese nostrorum scelerum poenas deriuauit, agamus gratias, eumq; oremus toto pectore, ut haec quoq; uulnera suae Ecclesiae inflicta his turbulentissimis temporibus sanare uelit, qui est una cum Patre & Spiritu Sancto Deus laudandus in omnia saecula, Amen.

Homilia Tertia.

Huiusq; ortum et originem omnium calamitatum generis humani persequuti sumus, quae est contumacia cordis, auersio uoluntatis, et foeda ignoratio Dei, ex qua haereditaria naturae corruptione omnis generis scelera eruperunt, quae scriptura uocat opera carnis. Ad alteram itaq; partem explicandam festinat oratio, quae uulneribus absterfis, opem cruori adhibet, remediaq; salutaria admouet, ne conscientiae, assidua meditatione irae Dei opprimantur. Nam omnium maxime miserabiles essemus, cunctisque creaturis despectiores, ni Deus ex suo arcano consilio

*part. 8
Hypocritarum
78 Caput*

filio, mirandum opus reconciliationis generi humano patefecisset, opemque nostris uulneribus addidisset. Vnde non dissimilis clementissimus Pater est Chirurgus, qui acre austeriusque uinum plagae adhibere, dolorem auget, quem tamen mox leni unguento mitigat, ne sauius impatientia pertesus, uitae suae iacturam faciat: sic nostram infirmitatem Dominus per legem ostendens, peccatum redundare efficit. Ne uero grauitate doloris frangamur, consolatur nos arcana promissione, de restituta integritate, donata libertate, sapientia, & uita aeterna, propter Christum.

Rom. 11.

Psal. 112.

Cur ergo, non cum Apostolo, spe praesentis gaudij erumperemus, O altitudo diuitiarum, quam inscrutabilia iudicia tua, & imperuestigabiles uiae tuae. Et cum Psalmo, Quis sicut Deus noster, qui in altis habitat, respiciens humilia in caelo & terra. Ecce non requiescit in mundis spiritibus, non in iucundissimo domicilio caeli laetatur, nulla uoluptate plantarum & arborum afficitur, non uarias animan-
cium

tium species respicit: Sed homo condi-
tur ad imaginem Dei. Hic certa delibe-
ratione patris filij, & Spiritus sancti fit
particeps sapientiae, sanctitatis, & boni-
tatis Dei, in hoc opere gloriose trium-
phat, in hoc consistit, ab hoc uult praed-
dicari in omni aeternitate. Neque illa be-
neuolentiae signa permutat, sed recipit
calamitosum, & prostratum hominem,
nullis impulsus meritis, solo interceden-
te filio conquiescit in hac sordida fece,
nostra delicta umbraculo filij operit,
cunctisque medetur infirmitatibus. Quodque
magis admirationi esse debet, libere
apud Vatem Esaiam pronunciat, Se re-
pudiare domicilia caeli terraeque, solo de-
lectari spiritu afflicto, moeroreque affe-
cto, Et Psalmus, spretis omnibus sacri-
ficijs, Deo iubet offerre cor concussum,
& spiritum turbatum. Hancque ob cau-
sam toties clamitat Apostolus, ne pro-
phanemus templa Dei, ne peccatis e-
rumpentibus, in actum Spiritum sanctum,
rectorem uitae nostrae excutiamus. His

Esai. 66.

Psalm. 51.

1. Corin. 3.

C

praclaris

præclaris dictis, quid magnificentius dici posset, cum omni remota obscuritate, nos aperte scriptura si regeneremur, fore templa Dei, pronunciat, huius beneficii magnitudinem nemo eloqui potest. Quare in his maximis & abstrusis rebus fateamur, quod res est, nos elingues & imbecilles esse, & loqui de negotiis, quæ longe supra captum omnium creaturarum sunt posita, tamen hac uoce regnum Dei inchoari sciamus, cum ore puerorum, & lactentium uelit celebrari. Sed reuertar eò unde digressus sum.

Postquam horribili uoce legis & conscientiae, perterritus esset Adamus, adiungit Dominus nouum & inopinatum sermonem reconciliationis, de mittendo filio Dei, quæ prima paradisi Contio extitit. Homo etenim omnibus donis spoliatus, nullius creaturae ope sustentatur, neque Dominus post laetam Legem argui mendatij potest,
Quare

Quare filius intercedit apud æternum
Patrem, constituitur uictima, & um-
braculum, ne miserabilis natura, uer-
uescentis ira Dei, absumatur. Mox ita-
quæ nouum quiddam & abstrusum au-
ribus nostris reuelatur, uita promittitur
mortuis, peccatoribus iusticia, contra
machinationes diaboli, defensio filij
Dei. Denicq; æterna uita significabatur,
in qua omnibus ærumnis exuti, cum
Deo, perpetua consuetudine uicturi
essemus.

Non enim Deus proposuerat legem
ut esset inane spectaculum, sed uerè uo-
luit hominem esse custodem uocis di-
uinæ, uerum quia is præuaricatur, filius
interea poenam in sese transfert, abijcit
sese in infima loca terræ, humilitatem
suam in cruce exerit, obedientiam de-
bitam legi implet, requiescit uerus
Deus in sepulchro, & *λυτρωσας* pro nobis
persoluit, ac placato Patre nobis iusti-
ciam & uitam æternam restituit.

C ij Sæpe

Hebr. 9.
et 7.

Coloss. 2.

Sæpe huius rei magnitudinem mente complexi sunt primi parentes, qui omisso friuolo & illiberali sermone, de præsentis uitæ administratione, expectarunt fide uenturum semen, quod blasphemiam, mortem, aliâq; diaboli opera esset destructurum, nullumq; inter nos & illos, nisi temporis discrimen intercessit, cum iam beneficia filij Dei exhibita, quam certissimè sciamus. Fuerunt siquidem omnes in ea sententia, quod peccata non abolerentur sanguine taurorum, aut hircorum, sed inculpato sanguine filij Dei, qui semel ingressus in sanctum Sanctorum, æternam nobis redemptionem inuenit, & chirographum cōtra nos exaratum, sua morte restinxit. Hoc si attentius cogitauerimus, explodemus furentem aduersariorum blasphemiam, qui gloriam filio Dei derogantes, eam suis operibus sceleratè ascribunt. Norunt scelerati, Christum pro peccatis poenas subiisse, sciunt & illud, ab initio ad finem usq; mundi

mundi credentes in Christum, salutem
consequi, nec Ecclesiae auctoritatem,
approbari, magnitudine opum uel po-
tentiae, ut ipsi falso iactitant, cum partim
ueri sint persecutores uerbi Dei, par-
tim uero manifesti Epicurei, qui neque
praesentis, neque futurae uitae rationem
ullam habeant.

Consideretis quaeso charissimi fra-
tres, ab initio sacrae scripturae locos, &
quid aliud deprehendetis, quam Chri-
stum pro nobis a Patre iusticiam, uitam
& sanctitatem constitutum. An non
prima conuictio Patris erat, de mittendo
filio, qui omnibus hostibus elisis, am-
plissimam uictoriam generi humano
esset reportaturus. Et quod in illo omnes
gentes essent benedictionem conse-
quuturae quae prius aeternae execrationi
erant subiectae. Quid aliud Patriarcha
Iacob augurabatur de Christo, quam
eius aduentu salutem Iudaeorum inte-
rituram. Quid Moyses legis minister

Gen. 3.

Gen. 12.

Gen. 49.

C iij praes

præfagiebat, quam Dominum excitaturum Vatem, cuius ministerium longe diuersum à Moise constitueretur, quem præcipit ut audiamus. Quid Regius uates perpetuo inculcat, quam illum uerum Deum constituens, dilectum appellat filium, eumque præcipiens osculari, Christum Deum summa reuerentia uult à nobis coli. Quò aliàs respexit Esaias, cum inquit: in hoc complaceuit anima mea, quam patrem acquiescere in filio dilecto et in nobis propter filium dilectum. Adeo, ut horum trium præstantissimorum Vatum autoritatem, Deus ipse approbare uoluerit, ne ulla dubitatione de bonitate dei, mens nostra uacillaret, cum inquit: **Matth. 5.** Hic est filius meus dilectus in quo complaceuit mihi: hunc audite. Et ipse filius repræhendens fratrum cognationem, eos fratres suos appellat. Qui fecerint uoluntatem Patris. At quæ hæc uoluntas est num ut nostris operib. iram Dei placeamus. Atqui hoc est Christum, **Matth. 12.** ex

ex sublimitate coeli in abyssum detrude-
re. Sed hæc est: ut omnis qui credit in
filium non pereat, sed uita donetur æ-
terna. Et Ioannis 3. Deum, homi-
nes omni scelere & nequitia deforma-
tos, uacuos timore amoreq; Dei (hoc
enim sub vocabulo mundi intelligitur)
adeo dilexisse inquit, ut filium suum vo-
luerit pro peccatis nostris fieri uictimã.
Deniq; huic omnes Prophetæ & Apo-
stoli testimonium perhibent remissio-
nem peccatorum accipere per nomen
eius, nulla operum nostrorum ratione
habita. Clamitant Prophetæ, Suis uul-
neribus nos esse sanatos, & illius notitia
nos iustificatos. Contendunt Apostoli
omnem iusticiæ dignitatem operibus
detrahentes: gratis nos iustificari per
redemptionem sanguinis Iesu Christi,
ut uirtus non nobis, sed potentia Dei
attribuatur. Petit in agone Christus:
Pater glorifica filium tuum, ut filius te
glorificet. Quæ est hæc maiestas filij in
tanta abiectioe? Prima hæc est, Ut

Ioan. 3.

Act. 10.

Esai. 53.

Rom. 3.

Ioan. 17.

C iij agno-

agnoscatur uerus Deus, æqualis sapien-
tia, & potentia cum Patre, ad quam
gloriam, alij Reges collati, similes sunt
cæno relato ad Solem, altera, ut confi-
reatur uerus Messias, & redemptor ge-
neris humani, quo titulo nihil nobilius
est in cælo & terra. Quam uero mihi
Exod. 33. describis gloriam Patris, Eandem, quæ
Moyfi monstratur: Qui cum glori-
am Dei sibi ostendi peteret, respon-
dit diuinum oraculum, nemo homi-
num me uidebit, & uiuet. Quid hoc
rei est? Perpetuo ne Dei aspectu priua-
bimur, Semper ne his procellis & tur-
bulentissimis tempestatib. erimus sub-
iecti? An nemo hominum Deum un-
quam uidebit: Absit, sed in hoc sordi-
do genere uitæ radios Maiestatis diui-
næ ferre nō possumus, qui in alia uita,
nobis perspicui fient, ubi Deum coram
nobiscum colloqui, audiemus. Quid
Exod. 34. ergo Moyfi ostenditur, id ipsum, Quod
sit Iehoua, Dominus fortis, patiens, &
multæ misericordiæ quicq. suam uerita-
tem

tem & bonitatem declaret erga mille.
Estq; hæc ipsa Maiestas, & amplitudo
gloriæ Dei egregie illustrata à vate Da- Psal. 103.
uide, cum nostra delicta à nobis ipsis
Deus remoueat nostra saltē fragilitate,
& miseria motus, Deniq; Psalmi refer- Psal. 112.
ti sunt his salutaribus dictis, illam esse Psal. 145c
lucem, illum Dei splendorem, elisos eri-
gere, confusos misericordia Dei irradia-
ari, peccatores iustos reddere, abiectos,
& humiles subleuare.

Ex his & similibus testimonijs sa-
cræ scripturæ, perspicuè apparet, pri-
mo: Propter transgressionem terreni
hominis, nos omnes æternæ morti esse
destinatos, inq; horrendam Sathanæ
seruitutem redactos, qualicunq; uitæ
sanctimonia excellentes. Secundo,
Propter obedientiam cœlestis Adami,
omnes credentes gratis coram Deo ius-
tificari, quantumuis eorum uita omni-
bus flagitijs inquinata fuerit, ut omni
personarum discrimine excluso, neq;

C v Barbarus

Barbarus, neq; Græcus, aliquam sibi
prærogatiuæ laudem attribuere posset.
Quapropter, amicissimi fratres, am-
plectamur modis omnibus hoc præcla-
rum Dei beneficium, neq; illud ullis im-
posturis deludi, aut præstigijs extenu-
ari sinamus, & Deo agamus gratias.
Primum, quod restituit nobis per Chri-
stum integritatem amissam, deinde
quod sibi functione ministerij cœtum
colligit, à quo in omni æternitate uult
prædicari.

Esai. 52.

Tibi itaq; fili Dei Iesu Christe cruci-
fixe pro nobis, & resuscitate, gratias
ago toto pectore, quod intercessisti
pro nobis apud æternum Patrem, &
nos gratis uenundatos, gratis redemi-
sti, & uere nostrum misertus, in te iram
Dei deriuasti. Te oro mente supplici,
ut nos sanctifices, & luce Euangelij
nostra pectora accendas, ut uera agni-
tione tuorum beneficiorum, inflamme-
mur, ad ueram nominis tui celebratio-
nem

nem propagandam, & mox illucessere
finas illum lætissimum diem, quo o=
mnibus hostibus deuictis, te coram in Psal, 103.
uera sanctitatis & iusticiæ luce ce=
lebremus. Qui es Deus cum
Patre & Spiritu sancto lau=
dandus in omnia sæ=
cula, Amen.

Psal, 112.
Psal, 145.

Errata in mea absentia obiter
irrepta, Sic corrige.

B. 1. linea 2. lege homicidij aut ullius &c.

Ibidem li. 20 l. autor.

B. 2 li. 13 l. laude.

Ibidem li. 20 l. prædita. Et lin. 22, destinata.

B 4 li. 16. l. ferit.

B. 6. li. 7. l. debita inesse.

B 8 li. 10 l. homini.

Ibidem li. 17. l. adduxerim.

B 9. li. 20. l. cum.

B 13. li. 17. l. Vatis.

Ibidem li. 21. l. franguntur.

B 14. li. 8 l. ni.

B 16. li. 6. l. adhibens.

Q. M.

Bis in faciem dei laudamus

orphanos .

sal.

esse orphanos pro tunc dicitur

et magis dicitur in via

matris .

Salv.

Non me de matre de domo
ingrat,

Christus Fol 6932 W

In nomine domini Amen
Gratus et salutifer
quis appetam salutem

ULB Halle 3
004 849 876



In nomine domini Amen
Ad salutem omnium

Roma
In nomine domini Amen
habet in nomine

Legationem
50 capitula de ecclesia
Sicut legitur in scripturis







Palastinas
Hinnamm genus inquis atq. in do.
ritum

DE LAPSV
ET RESTITVTA HO
MINIS INTEGRI
TATE.

HOMILIAE TRES.

Scriptæ à Iohanne Eblingero
Basiliensi.

3A 4436

VVITEBERGÆ.

M. D. LI.



Arcturibus in septu
ad alexandriam
Sic enim in loquere cum deo
tenge homines audiam

B